



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLVIII. Markgraf Ludwig giebt dem Kloster Spadow für die Aufnahme der Tochter Albert Gruelhuts den See Falkenhagen und eine ihm entzogene Hebung aus den Mühlen zu Spadow zurück, am 28. Mai 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XLVIII. Markgraf Ludwig giebt dem Kloster Spandow für die Aufnahme der Tochter Albert Gruelhuts den See Falkenhagen und eine ihm entzogene Hebung aus den Mühlen zu Spandow zurück, am 28. Mai 1336.

Habetur in legibus Codice de veteri iure enucleando Omnia habere in memoria magis est diuinum quam humanum, humanum necesse est igitur, gesta factaque hominum testimonio litterarum roborari. Hinc est quod nos Lodewichus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Rheni, dux Bawarie, sacri imperii Archicamerarius, maturo consilio nostrorum fidelium vsi, Nolentes esse immunes beneficii nobis per deuotas in cristo personas prepositum, priorissam totumque Conuentum Claustrum siti extra muros nostre ciuitatis Spandow in hilaritate exhibiti, in eo uidelicet, quod propter deum principaliter, accessorie autem propter nostras preces, Bone voluntatis affectu, receperunt et suo cetui deuoto filiam alberti Gruelhut nostri uasalli fidelis felicitis recordationis aggregarunt, uolentesque ipsis aliqualem reddere recompensam, ne notam ingratitude incurramus vel ipsa incurrat, dedimus et per presentes damus donacione libera predictis sanctimonialibus stagnum valkenhaghen cum omni iure, proprietate et libertate mittentesque prepositum ipsum nomine earundem in veram possessionem proprietatis predictae et iuris proprietatis eiusdem solemnitate consueta, renunciantes simpliciter et totaliter proprietati dicte et iuri eiusdem stagni quoad nos et nostros successores quoslibet ad usum claustralium predictarum. Rursum inuestimus in situendo prepositum prenarratum nomine earundem ad tres choros siliginis in nostris molendinis Spandow sitos, quibus minus iuste priuate fuerant, quos antea a principibus antiquis, sicuti litteris apertis poterunt probando docere, habuerunt, hos choros ipsis donauimus et in hiis scriptis donamus cum omni iure et proprietate, absque omni inquietatione ac impetitione seu aliquali perturbatione perpetuo possidendos. In huius donacionis, renunciacionis, libertatis proprietatisque maioris euidenciam sigillum nostrum presentibus est affixum. Testes huius sunt: Dominus Johannes de Buch Tutor ac capitaneus noster generalis, Dominus Otto de yleborck, nobiles, Dominus Guzzo de Guzenberch, Dominus Lodewichus, Dominus Haffo de wedele, Dominus Henninghus de jaghow, Dominus Lodewichus de Grobene, milites, Arnoldus de Grobene in Spandow, Tylo Rutenyk in Lyuenwalde, Henninghus sparre in Byfedal, tunc temporis aduocati et quam plures alii fide digni. Datum Berlyn anno domini M^o CCC^o XXX sexto, feria tertia infra octauam trinitatis.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLIX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Spandow eine ihm von Friedrich von Belitz zugewandte Hebung aus dem Krüge zu Phöben, am 16. Juli 1339.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bawarie sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Appropriauimus et presentibus appropriamus sanctimonialibus monasterii Spandowe triginta quinque solidos denariorum brandenburgensium in Taberna ville Weben, quos

Sauptsh. I. Bd. XI.